Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26487
Copyright: Admont, Benediktinerstift



In Exodi Cap. XV.um Incertus 60

Exodi 15

Confer Cod 650

Venerunt filii
israel in helym. ubi erant .xii. fon
tes & septuaginta palme. & castra
metati sunt iuxta aquas. Israel uir uidens
dm intrpretatur. Nomine filiorum israel. illi non
incongrue possunt accipi. qui ad hoc peue
nire satagunt ut per mundiciam cordis sui dm
contemplantes ad uisionem eius nunc et in futuro
pertingere mereantur. Unde dns in euglio. Beati
mundo corde quoniam ipsi uidebunt. Hi ergo
ueri israhelite ueniunt in helym. qui locus
aries uel deficiens interpretatur. Per arietem qui
ducatum prestat gregibus inicium conuersionis hominis
potest figurari. ea uidelicet ratione. quia sicut aries
se sequentes greges antecedit. sic ex inicio con
uersionis. uenit perfectio bonorum operum post
modum subsequentium. Sunt et deficientes. quia
dum relicto seculo locum conuersionis adierint.
incipit amor huius seculi in corde eorum defi
cere. amorque dei in dies accrescere. quemadmodum
psalmista dicit. Defecit in salutare .t. a.m in u.
.t.s.s. Ubi erant .xii. fontes aquarum. Per .xii.
fontes .xii. apli. siue ordo .xii. prophetarum potest
figurari de quorum scriptis omnis perfectio col
ligitur. que per .xii. significata. plerumque in sacra
scriptura inuenitur. Unde origenes. Omnis inquit
rationalis creatura tam angelorum quam hominum.